

ampliaciones & restrictiones tradat Excellent. *Dn. Born.*
 Præceptor meus colendisimus in *Colleg. privat. π. ad tit.*
de Procur. §. 7. In causis autem civilibus si confiteatur
 Procurator, distingvendum est an speciale habeat manda-
 tum ad confitendum an v, non: Priori casu (quod etiam
 tum fieri creditur, quando Procurator fatetur, Dominus
 autem litis non contradicit. *arg. l. 6. §. 2. l. 18. ff. mandat. l. 1. l.*
fin. C. de error. Advocat. Hunn. Encyclop. p. 2. t. 16. c. 6. n. 7.)
 quin mandanti præjudicet, nullum est dubium *l. 20. pr. de*
interr. injur. fac. d. l. 1. l. fin. C. de error. Advoc. Sin verò non
 habeat mandatum Procurator, subdistingvendum ita ferè
 erit: Aut lis est contestata, aut non est; Si contestata, re-
 ctè præjudicat Procurator Domino confessione sua, cum
 ipse jamjam sit Dominus litis, vid. *c. suborta. 21. extr. de re*
judic. c. fin. extr. de confess. Quod si v. lis contestata nondum
 fuerit, nullo modo præjudicabit Principali suo, per *l. 6. §. 4.*
b. vid. Donell. 28. comment. 1. in verb. confess. Cyn. in l.
un. C. b. Cujac. in c. f. extr. de confess. Sibimetipsi tamen
 præjudicat. *l. 9. §. 4. ff. de interr. injur. fac.* nisi in casu quo
 defensus, sciens defensoris defensionem, eam silentio suo
 approbet, neq; revocet. vid. *Perez. in C. b. n. 13. in f.* Item
 si à Judice jussus responderit, & intentionem Adversarii
 confessus fuerit, nam & tunc nocet confessio Procuratoris.
arg. l. 39. pr. ff. de Procur. Gotfr. ad d. l. 6. §. 4. ff. de confess. L.
P. vid. tamen Mascard. de probat. Concl. 369. & alios Dd.
 de hac materia.

§. XIII.

Tutores vel Curatores solos si spontè confiteantur,
 Pupillo vel Adulto non nocere, communiter statuunt Dd.
 quem in finem etiam explicant Ulp. quando in *l. 6. §. 4. de*
conf. dicit; non sufficere eosdem falsos esse, quod procedat
 saltem in confessione voluntaria, vid. *l. 25. §. 1. ff. ad L. Aquil.*

Cate-